



**Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvtiensis Ordinis S.  
Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè,  
ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac  
sumptu haud ita modico ...**

**Rupert <von Deutz>**

**Colonia, M. D. XXVI.**

**VD16 R 3796**

Quod secundum similitudinem amatoris, in quo hæc tria sunt, amator  
ipse, & amor ipsius, & crementum propter quod ad propagandam prolem  
amore suo ducitur, unus sit deus pater & amor ipsius spiritus ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71860](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71860)

XXVIII. RUPER. ABBA. DE GLORI. TRINI.

Quod secundum similitudinem amatoris, in quo hec tria sunt, amator ipse, et amor ipius, et clementia propter quod ad propagandam problemam amore suo ducitur, unus sit deus pater et amor ipius spiritus sanctus et verbum ipsum.

Caput VI.

Namatore tria sunt, amator ipse, et amor ipsius, et clementia, propter quod ad propagandam problemam amore suo ducitur. Similiter in creatore nostro, qui amatorem se nominat (ut supra dictum sit) sunt tres, Ipse et amor ipius scilicet spiritus sanctus, et verbum ipsum, quod non est aliud quam cremen-

tus eius, semen eius, filius eius. Hæc similitudo, quamvis (sicut iam dictum

est) longe dissimilis, ita ut spiritus carni uel caro spiritum.

Esa. 66

adeo uera est, ut in Esaiæ quoque scriptum est. Nunquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam dicit dominus? Si ego qui generationem ceteris tribuo sterili ero, ait dominus deus tuus? Loquebatur enim hinc ordini celi, huic (de qua nunc loquimur) Hierusalem magnæ & sanctæ civitati, Vnde et protinus dicit: Latamini cum Hierusalem & exultate in ea omnes qui diligitis eam. Gaudete cum ea gaudio uniuersi qui lugebatis super ea ut fugatis & repleamini ab ubere consolationis eius. Et cetera. Nec iremus quicquam de ordine uel generatione eiusmodi, nisi rationes eius in terra posuisset ipse qui nouit. Quo modo enim posuit? Ipse spiritus dei, qui tunc cerebatur super aquas dicente Deo, fiat lux. Ipse (inquit) etiam nunc fert super aquas, dicente deo, dū in Chfo baptizamur.

Et hoc est deus dicere, fiat lux regenerare nos, ut qui eramus aliquando tenebre, iam nūc in dñō sumus lux. In hoc est regeneratio, quia iam dictus amator deus, animam credentem impregnat uerbo suo, dignam amore suo. Verbum enim semen est eius, sicut ait Iacobus Apostolus: Voluntarie genuit nos uerbo ueritatis, ut sumus initium aliquid creature eius. Semen hoc non nisi cum amore suscipitur, uerbum hoc non nisi per spiritum sanctum immittitur. Hæc est trinitas unus deus, amator creaturæ, rationalis deus, & semen eius quod est uerbum ipsum, & amor eius qui est spiritus sanctus. Igitur quamvis (ut supra iam dictum est) caro & spiritus dissimilia sint, nihilominus tamen aliqua hæc similitudo est, quia uidelicet, sicut generatio carnis ab aliquo semine eius & amore eius patratur; sic gene-

Job. 38

ratio spiritus à deo uerbo eius & spiritu oris eius consummatur. Et si aliter exponi potest tanta sententia, nunquid nosti ordinem celi & pones rationes eius in terra; nihilominus tam sensus iste, quem diximus, locum habet, & pondere non caret, quia nullo modo splendidissime rationes ordinis celi deus in terra posuit, quam regenerando per aquam filios lucis, ituros in illū ordinē celi ad angelos lucis; erunt enim (aīt ipse dominus) sicut angeli dei.

Math. 22

Be co quod Apostolus: decebat enim (inquit) cum propter quem omnia & per quæ oīa, & quod parum nobis sit scire, quod per cum nisi etiam sciamus quod propter eū facta sit & angelica creatura, & oīs creatura.

Ca. VII.

Dhucad supradictam similitudinem & illud pulchre accedit, quia sic ut legimus uir non nisi propter amorem soboli coniugem dicit, Sic & deus pater non nisi propter amorem uerbi sui creaturam rationalem, creaturam angelicam, de qua nunc loquimur, et creaturam humnanam, de qua post hæc locuturis sumus, condidit. Hinc Apostolus de illo scilicet dei filio loquens: decebat enim (inquit) eum propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, & cetera. Non solum hoc dixit, per quem omnia, sed primum dixit, propter quem omnia: quia uidelicet ipse est omnis causa. Per ipsum facta est ista lux, quia sic scriptura est: Dixit deus, fiat lux, & facta est lux. Si dixit, & facta est, utique per uerbum facta est. Sed parum est scire hoc, etenim plus habet delectamenti hæc sententia fidei, sciendo quod etiam propter ipsum facta sit, scilicet ut ipsum in semetipsa creatura hæc haberet, & habendo lux existeret. Ipse enim lux est, & utique lux non facta, lux non ab aliquo illuminata, sed illuminans, & proinde lux uera. Comparatione eius qualiscunque lux, qui quis angelus lucis, recte & fideliter negatur esse lux. Hinc Iohannes Evangelista, de Baptista Ioanne. Non (inquit) erat lux, sed ut testis monium perhiberet de lumine. De ipso autem Christo domino. Era (inquit) lux uera, que illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Iohannes & qui quis angelus lu-

cis, si

Filius dei, lux  
uera. Angeli  
& sancti, non  
lux sed lucer-  
na. Iohan.